

1529.

Ca. Md. arch. Stan. Aug. Reg.

Petrus Tomicki episcopus Cracoviensis ex.
Christophoro de Siłowiec Castellano
et Capitano Cracoviensi regni Poloniae
Cancellario, Bralinensi, Gostinensi, et Sochactowien-
si Capitano.

271

Magnifice domine amice charissime ac honorand
Cum non habeam quod in praesens vestre Ma-
gnificentiae scribam, communi ac domestico
nostro more et argumento viso praesen-
tibus literis vestram Magnificentiam, fausta
que illi omnia, et felicia nuntio et precor,
scire autem velit vestra Magnificentia, quod
venit huc ex Hungaria dominus Brodericus
Sirmienois fugiens discordia plurima, quae sunt
his temporibus in regno Hungariae, et vitans
interipse illi Tragedie, quam Turci agere
se minantur in regno illo estate futura,
venitque recta ad me, postulans ut eum
in curam et provisionem meam suscipe-
rem, ut exulem et pauperem, id quod ego
miseratus, sortem illius, et casuum huma-
norum facturum me suscepit, dominus
Deus servet quam diutissime vestram Ma-
gnificentiam, cum suis omnibus sospitem
et felicem, cui me ex animo commendo
Datum.

Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher.